Presentacion. EN Sevilla, en veynte de Agosto de mil y seyscientos y sesenta y cinco años, para ante el señor Doctor Don Diego de Carvajal Escabias, Maestre-Escuela Dignidad de la Sãta Iglesia Metropolitana desta Ciudad, Iuez Synodal en ella, y su Arçobispado, la presentò el contenido.

Peticiõ. JVan Nuñez de Azevedo, Procurador mayor de los señores Dean, y Cabildo de la Santa Iglesia Metropolitana desta Ciudad, Administradores perpetuos de la Fabrica della: como mejor lugar aya, parezco ante V.md. y digo, que la Santidad de Pio V. de felice recordacion, en el año de mil y quinientos y setenta y siete, segundo de su Pontificado, despachò su Bula, y Motu proprio en favor de las Iglesias, y sus Fabricas; por la qual aplica para sus Sacristias los Pontificales de sus Prelados, Arçobispos, ò Obispos, y otros que sean, y las alajas de las Capillas, y Oratorios de los Prebendados que mueren, en la conformidad, y facultades que la dicha Bula lo contiene. Y porque para las ocasiones que se han ofrecido vsar della, es muy prolijo el sacarla de mano, y los dichos Señores quieren tener Copia della; y atento a que està en el segundo libro de las Constituciones Apostolicas, que comunmẽte se intitula, *El Bulario*, y en conformidad de lo q̃ en dicha Bula se dispone, y que V. md. es persona constituida en Dignidad Eclesiastica.

Pido, y suplico a V.md. se sirva de que la dicha Bula se saque del dicho Bulario, por Notario inteligente en la lengua Latina, y con asistencia de V. md. se corrija, y colacione con el original, y que se saquen dèl los traslados que mi parte pidiere; interponiendo V.md. asi en el que se sacàre, como en los demas impressos, ò de letra de mano, su autoridad, y decreto judicial, firmandolos con su firma, y sellandolos con el sello de sus Armas, para que

valgan, y hagan fe en las partes, y ocasiones en que mi parte quisiere aprovecharse dellos. Pido justicia, y para ello, &c. Iuan Nuñez de Azevedo.

Auto. PResentada, su merced mandò, que yo el presente Notario, atento à que soy inteligente en la lengua Latina, saque la Bula que por esta Peticion se pide, del libro Bulario en que entre otras està, y lo lleve ante su merced para lo corregir con su original, a que su merced està presto de asistir personalmente. Y asi lo proveyò, y mandò. Don Antonio de Espinosa, Notario.

En execucion, y cumplimiento del Auto de arriba, yo D. Antonio de Espinosa, Notario Publico Apostolico, por autoridad Apostolica, y ordinaria, Oficial mayor del Oficio de Apelaciones, Breves, y Comisiones Apostolicas desta Ciudad de Sevilla, y su Arçobispado, saquè la Bula que por la Peticion desta otra parte se pide, que es del tenor siguiente.

Bulla. PIVS Episcopus servus servorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis providentia circumspecta ad ea solicitudinis suæ partes potissimum convertit, per quæ singulis Ecclesijs debita obsequia, & oportuna subventionis auxilia minimè subtrahatur. Cùm itaq; sicut accepimus nõnulli Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, seu Cõmendatarij, ac alij Beneficia Ecclesiastica obtinentes proprij honoris, & salutis immemores, etiam prætextu facultatum testandi eis per Sedem Apostolicam concessarum in eorum vltimis voluntatibus res sacras, ac vasa, ornamenta, & paramenta Ecclesiastica, aliaque cultui divino dicata, quand oque ex fructibus Ecclesiasticis per eos acquisita, non Ecclesijs, & Monasterijs, ac Beneficijs quibus præfuerunt, seu à quibus provẽtus Ecclesiasticos, & stipendia acceperunt, prout rationi consentaneũ foret, sed alijs locis etiam aliquando non pijs, ac interdum

corum

eorum cōsanguineis, & affinibus relinquere, ac Cameræ Apostolicæ Collectores prætextu, quod illa sub appellatione spoliorum veniant, tamquam eiusdem Cameræ spolia exigere, & percipere nō erubescant, in maximum Religionis dedecus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum eorumdem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum, scandalumque plurimorū. Nos abusibus, scandalisque huiusmodi providere, ac singularum Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac Beneficiorum indemnitate, animarumque quorumlibet saluti cōsulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetua valitura constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quòd de cætero omnia, & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, necnon Missalia, & Gradualia, ac cantus firmi, & musicæ, alijque quomodolibet nuncupati libri, & aliȩ res sacrȩ, etiam auri, & argēti, ac quæcumque alia bona per quoscumq; Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, seu Cōmendatarios, & alios quoscumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica, cum Cura, & sine Cura sæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia in titulum, vel commendam, aut aliàs quomodolibet obtinentes quocumque nomine, vel titulo censeantur, etiam si de illis, & eorum qualitatibus specialis, & expressa mentio habēda foret ad vsum, & cultum divinum, etiam in eorum privatis Ædibus, & Cappellis, vel Oratorijs destinata tempore eorum obitus ex testamēto, vel abintestato relicta, sub quibusvis facultatibus testandi, & aliàs disponendi de bonis per eos exaltari, vel aliàs quomodolibet acquisitis, per quoscumque Romanos Pōtifices prædecessores, & successores nostros, ac Nos sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis Clausulis, & Decretis etiam Motu proprio, & aliàs quomodolibet concessis, & concedendis minimè com-

 pre-

prehendantur, nec sub appellatione spoliorum veniant, sed ad singulas Ecclesias, Monasteria, etiam Conventu carentia, & Beneficia huiusmodi, in quibus residerint, aut quibus prefuerint, seu quæ aliàs obtinuerint, omninò spectent, & pertineant, ac spectare, & pertinere, illaque post eorum obitum eisdem Ecclesijs, Monasterijs, & Beneficijs, etiamsi in Romana Curia, & procul ab illis decesserint, vel ad illa numquam accesserint, etiamsi antea Ecclesiarum, & Monasteriorum regimini cesserint, vel Beneficia huiusmodi renũtiaverint, eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censeantur, ita quòd liceat illis defunctis in eisdem Ecclesijs, & Beneficijs successoribus, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum huiusmodi Capitulis, & Conventibus respectivè illa propria auctoritate liberè aprehẽdere, ac eorum Ecclesijs, & Sacristijs applicare, & incorporare, ac quæcumque donationes, ac relicta, & legata, testamenta, & codicilli, & alię vltimæ voluntates, seu spolia desuper contra præsentis constitutionis nostrę tenorem quomodolibet pro tempore facta quoad pręmissa nulla, & invalida, nulliusque roboris, & momenti existant, & personis etiam Ecclesiasticis, seu locis etiam pijs, aut Ecclesiasticis alijs quibuscumque, in quarum, seu quorum favorem pro tempore facta fuerint minimè suffragẽtur, nec per ea eisdem personis, seu locis, vel alijs Ecclesijs huiusmodi aliquod Ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri possit. Quinimo res sacras, ac alia bona prædicta quocumque nomine, vel titulo pro tempore detinentes ad illa Ecclesijs, & Monasterijs, ac Beneficijs per defunctos quomodolibet acquisitis, vt præfertur iuxta pręsentium tenorem realiter, & cum effectu restituendum, & consignandum. Quibusvis dispositionibus de illis in cõtrarium quomodolibet factis minimè attentis omnino teneãtur, & ad id per censuras, & pœnas etiam furti, & sacrilegij, ac alia Iuris, & facti remedia

oppor-

opportuna cogi, & compelli possint, & debeant. Insuper ne deinceps contingat insolentia spoliorum Cameræ Apostolicæ Collectorum, vel Subcollectorum aliquas Ecclesias, nec hominum quemquam damno, & in Iuria affici, nec cuiquam de cætero vertatur in dubium, quæ res habendæ sint nomine spolij: simili modo statuimus, decernimus, & declaramus quòd quæcumque scamna, cathedrę, arcæ, & etiam ligneæ, vel lapideæ, etiam marmoreę, mensæ, & tabulæ, ac quæcumque dolia, seu vasa vinaria vacua, & alia similia supellectilia domestica per quosvis Præsbiteros, seu Clericos ab humanis pro tēpore decedentes, tempore eorum obitus in Ecclesijs, seu eorū domibus Ecclesiarum earumdem, vel alibi vbivis locorū relicta, etiamsi ex fructibus, & proventibus Beneficiorum quæ dum viverent, obtinebant, acquisita fuerint, sub appellatione spoliorum minimè veniant, nec pro spolijs vllo modo reputari possint. Præterea, quòd nullum spolium Cameræ præfatæ fieri, nec quidquam à quibusvis Cameræ huiusmodi Collectoribus, vel Subcollectoribus exigi possit per obitum illius, qui dum viveret, vnum, vel plura Beneficia Ecclesiastica obtinuerit; cuius, vel quorū insimul fructus, redditus, & proventus triginta ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum nō excesserint, aut qui pensiones annuas super quibusvis fructibus Ecclesiasticis vsque ad dictum valorem annuatim perceperit; dummodo tamē is se ab omni illicita negotiatione, & à sacris Canonibus prohibita abstinuerit, ita quod si quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumvis defunctorū, qui similia Beneficia obtinuerint, seu similes pensiones perceperint, prætextu spoliorū eiusdem Cameræ percipere, aut aliàs contra præsentes nostras literas attentare præsumpserint, ad totalem bonorum per eum perceptorum restitutionē teneantur, ac ad viam Iuris per similes censuras cogi, &

com-

compelli possit, & debeat. Districtiùs inhibentes quibuscumque Cameræ præfatæ spoliorum Collectoribus, nunc, & pro tempore existentibus, sub indignationis nostræ, & privationis eorum officiorum pœna, ne in ornamentis, & paramentis, ac vasis, & libris præfato Cultui divino dicatis, ac aliàs in rebus sacris, necnon supellectilibus præfatis quomodolibet se intromittant, nec in eorum inventario tamquam spolia redigant, seu describant: sed ornamenta, & paramenta, necnon vasa, & libros, aliaq; divino Cultui dicata, huiusmodi Ecclesijs, & Monasterijs, Capellis, & alijs Beneficijs huiusmodi, eorumq; Rectoribus, & alijs præfatis liberè admittant, & consignent, ac consignari faciant cum effectu, ac supellectilia prædicta in locis vbi constiterint, relinquant. Ac decernentes sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane quidquid secùs super ijs à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Quo circa dilectis filijs Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, & singulis locorum Ordinarijs, ac maiorem dignitatem post Pontificalem in vniversis Ecclesijs Cathedralibus, & Metropolitanis pro tempore obtinentibus, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, quoties pro parte quorumcumque in præmissis interesse habentium, vt præfertur, fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contēta quæcūque firmiter observari. Ac singulos, quos literæ ipsæ concernunt, in illis pacificè gaudere, nō permittētes

cos

eos desuper quomodolibet indebitè molestari. Contra dictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Sinodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnō Ecclesiarum, & Monasteriorum huiusmodi cōfirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & cōsuetudinibus, facultatibus testādi, alijsq; privilegijs, indultis, & literis Apostolicis, quibusvis concessis, approbatis, & innovatis, etiamsi de illis eorumq; totis tenoribus specialis, & expressa mētio faciēda esset, illorū tenores pro sufficiēter expressis habētes illis in reliquis in suo robore permanentibus, cœterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quòd si aliquis ex Patriarchis, Episcopis, Abbatibus, seu Commendatarijs, & alijs Beneficiatis præfatis, pluribus Ecclesijs, seu Monasterijs pro tempore simul, vel succesive præfuerit, seu plura Beneficia obtinuerit, ornamenta, & paramenta, ac res, & bona prædicta ad illa omnia habita ratione fructuum, & temporis quo eadē Beneficia possedit, omnino pertineant, & proportionabiliter inter ea dividatur. Quodquè præsentes literæ in Chācellaria nostra Apostolica, & Acie Campi Floræ de more publicētur, & inter cōstitutiones perpetuò valituras describantur. Et quia difficilè foret præsentes ad singula quæq; loca deferri, volumus, & etiam declaramus earum transsumptis etiam impresis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillatis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forēt exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, statuti, decreti, declarationis, inhibitionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorū

eius

eius se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, tertio Kalendas Septẽbris Põtificatus nostri anno secũdo. Cæ. Glorierius. H. Cumyn. Pro Domino Summista Ludovicus Rippa. Registrata apud Cæsarem Secretarium. Anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die verò decima octava mẽsis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij divina Providentia Papæ V. anno secundo. Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerũt in Chancellaria Apostolica, & in Acie Campi Floræ, vt est moris, dimissis ibidem præsentibus literis per aliquãtulum temporis spatiũ affixis, & deinde amotis per me Iulium Parinum, & Bartholomæum Sotocassam prælibati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursoris. Christianus de Monte Magister Cursorum.

Y Assi sacada la dicha Bula, y corregida con el original, su merced el dicho señor Maestre-Escuela dixo, que en este traslado, y en los que del se sacaren, assi de letra de mano, como impressos, interponia, è interpuso su autoridad, y decreto judicial, para que en todo tiempo valgan, y hagan fee, y se les dè entero credito en juyzio, y fuera del donde quiera que se presentaren. Y en fè dello su merced lo sellò con el sello de sus Armas, y lo firmô de su nombre, en Sevilla a treynta dias del mes de Diziembre de mil seysciẽtos y sesenta y cinco años. Doct. D. Diego de Carvajal y Escabias. Lugar ✠ del sello. E por quanto yo D. Antonio de Espinosa, Notario Publico Apostolico, por autoridad Apostolica, y Ordinaria, vezino de Sevilla, presente fui, y lo signè en testimonio ✠ de verdad. D. Antonio de Espinosa, Notario.